



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXIII. V. tenea[n]tur Parochis suis iterum confiteri, qui religiosis  
priuilegiatis semel confessi sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

## Caput VI. De Ministro

in secularibus, imò plerunque sunt, & vita sanctiores, & scientia ampliores, nec nõ minoribus obruti occupationibus, quàm Plebani.

Adde, quòd cùm nõ sint aliis negotiis implicati, expeditius possunt Confessionibus audiendis operam dare, præterquàm, quòd cùm temporalia metant, quibus aluntur, debent, vt ait Paulus, Spiritualia in populum refundere.

1. Cor. 9.

Experientia profectò docet, tantum emolumentum religiosorum curam in Confessionibus audiendis, & concionibus habendis Christianis populis indies afferre vt eis sublaris, nõ possit Ecclesia non multum detrimenti accipere.

Quæstio  
XXIIII.

*Tenetur ne Parochis suis iterum confiteri, qui Religiosis priuilegiatis semel confessi sunt?*

Responsio.

**N**equaquam. Nam Religiosi priuilegiati vel verè absoluunt, vel non absoluunt. Si nõ absoluunt, igitur nullum habent priuilegium; imò laqueum omnibus iniiciunt, & verum sacrilegium committunt, vt qui conantur eos absoluere, qui absolui non possunt.

Si autem absoluunt, verè absoluunt, igitur nemo potest de illis confessis denuò ad confitendum compelli. Et ratio est, quia Sacra-

cræ

cramentum Confessionis est institutum in peccatorum remissionem. Qui igitur absoluitur, nulla habet peccata mortalia. Quare nec potest cogi ad Confessionem.

Quàm magna autem Religiosi huiusmodi habeant priuilegia, hoc facillè est videre in eorum diplomatibus, quæ diuersa à diuersis Pontificibus impetrârunt, vt ab Alexandro quarto, Urbano quarto, Ioanne Vigesimo secundo.

*Licetne absque facultate proprij Paro-  
chi, laborantis aliquo vitio, ita vt non  
satis tutum sit exponere illi pec-  
catum, alteri confiteri?*

*Quæstio  
XXV.*

SOLA culpa proprij Sacerdotis, cui scilicet periculosum est cōfiteri, quia vel est Cōfessionum detector, vel sollicitator pœnitentium ad malum, nō facit ius subdito, vt absque eius obtenta licentia, alium adire valeat Confessarium, & ratio est, quia nullus alius propter illam solam nequitiam iurisdictionem acquirit absoluendi, nec subditus illam potest ei tribuere, & absq; iurisdictione nulla est Absolutio.

*Respōsio.*

DEINDE, periculosum etiam foret, si quacunq; ex causâ cuiuslibet, deserto suo Parocho, alteri confiteri liceret, & totum perturbaret ordinem Ecclesiasticum, cū hac ratione quilibet facillè contra suum Parochum